

SCRIPTA

Numéro Scripta : 198

Autre(s) référence(s) : Tabuteau 298

Auteur(s) : Robert d'Évreux, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Chartres, Saint-Père (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : douteux

Datation : ...1033...

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Privilège accordé à l'église de Fontenay[-Saint-Père] dépendante de l'abbaye de Saint-Père de Chartres, par Robert archevêque de Rouen et ses suffragants.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Guérard Benjamin, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Père de Chartres*, Paris, Crapelet (Collection de documents inédits sur l'histoire de France ; 1ère série. Histoire politique), 1840, 2 vol., t. 1, p. 115-116.

Dissertation critique

La date de 1033 est donnée par B. Guérard. Radbod, évêque de Sées, est attesté entre 1025 et 1032, Henri est abbé de saint-Ouen de Rouen de 1006 à 1033.

Acte jugé douteux par J.-F. Lemarignier, *Etude sur le privilège d'exemption*, p. 72, n. 35.

Texte établi d'après a

Deo et Domino nostro Jhesu Christo præsidente. Decernimus, ego Rodbertus, gratia Dei Rotomagi archipræsul, et coepiscopi nostri Herbertus Lisivæ civitatis, Rodbertus Constantiæ, Radbodus Saxiæ, Hugo civitatis Ebroicæ ; decernimus, inquam, atque sancimus, ut æcclesia de Fontinido, pro amore et honore sancti Petri, apostolorum principis et magistri nostri, ab hac die in perpetuum ab omni sit inquietudine tam episcopi quam archidiaconi remota ; eodem modo quo et Gesiaci cella Sancti Petri Carnotensis cœnobii cum illa æcclesia est subjecta, ab omni, inquam, respectu et inquietudine permaneat segura, tribus his solummodo exceptis : videlicet, ipsius æcclesiæ reconciliatione, olei et sacri chrismatis perceptione, et pœnitentium reconciliatione. Quæ omnia, sicut opus fuerit, ab episcopo cujus est diocesis postulentur, et ab eodem gratis et absque ulla præmii postulatione vel datione, propter honorem Sancti Petri, conferantur, ut et nos et successores nostros ab omni jugo peccati dignetur absolvere supradicti magistri nostri potestas et misericordia. Et ut hæc noticia inconcussa permaneat, manibus nostris eam roboravimus, signo quoque et nominibus corroboravimus, et Guascelino archidiacono, cui sub me propius intererat, consignandam et confirmandam et aliis clericis et laicis nostris proposuimus. Si quis vero antichristus hoc pietatis opus, quod in Dei nomine cudimus, attaminare temptaverit, ex ore veri Christi et nostrorum omnium, quos vocare dignatus est Christianos suos, anathematis gladio juguletur. Hanc autem sugillationem vel, ut ita dicam, sigillationem singuli singulorum nominibus coepiscoporum subscribi decernimus. Rodbertus archipræsul, qui hoc opus pietatis incœpit et perfecit. Rodbertus Constantiæ. Rodbertus Lisivæ. Radbodus Saxiæ. Hugo Ebroas.

Maingisus Abrincarum. VVillemus. Richardus. Rodulfus. Hugo. VVascelinus archidiaconus. Heinricus, abbas Sancti Audoeni. Balduinus archidiaconus. Heinricus, presbiter et decanus. Rodulfus capellanus. Herluinus, levita et canonicus. Corbucio. VVillemus. Pascharius capellanus. Rodulfus de Sancto Sancsone. Atto, levita et capellanus. Odo præpositus. Odo, levita et capellanus. Osmundus Tudeborti. Rogerius, filius Hunfridi. Lescelinus. Guimundus parvus. Rogerius, filius Odonis præpositi de Noiomo. Albertus hostiarius. Rodulfus, filius Osberti.